

*elle fait? que dirat on?* Nota *il* inferuire masculino, & *elle* fæminino.

Ante *on* interdum loco *T* ponitur *L* vt *que fera lon?* quid fiet?

Primam & tertiam personam singularem præteriti perfecti cuiusque coniugationis multi valdè malè & incongruè faciunt, in *a* sine discrimine: vt *i' alla*, *ie parla*, *ie parta*, *il batta*, *il entenda*; pro *i' allay* *iui*, *ie parlay* locutus sum, *ie parti* discessi, *il partit* discessit, *il battit* verberavit, *il entendit* intellexit. Regula est generalis, quod præterita illa profecta (aliter indefinita) verborum primæ coniugationis, quæ terminantur in *ER* in infinitiuo, faciunt *ay* in primâ personâ & *a* in tertiâ: vt *parler* loqui, *ie parlay* seu *ie parlè* locutus sum, *tu parlas* locutus es, *il parla* locutus est, & sic de cæteris huius coniugationis verbis. Coniugationes reliquæ habent *I* vel *V* in præterito: vt *partir* discedere, *ie parti* discessi, *tu partis* discessisti, *il partit* discessit. *Boire* bibere, *ie beu* bibi, *tu beus* bibisti, *il beut* bibit, &c. de his plura vide in Grammaticâ nostra. Nota diligenter primam coniugationem habere *er* in infinitiuo & sic in primâ personâ præteriti *ay*, in 2. *as*, in 3. *a*, reliquas autem *I* vel *V*, vt dictum est.

Sic ergo dices *i' allay* in primâ personâ, & non *i' alla*, quod est tertiæ personæ, vt vulgò. Item *ie parti*, & non *ie parta* aut *partay*, neq; etiam addes *T* post *A* in tertiâ personâ: vt *il ferat* pro *il fera* faciet. Ad hæc diligenter attende.

*Ai* vel *aye* est diphthongus propria, si præcedat Vocalem: vt *playe* plaga, *payons* soluamus, *Ayeul* Auus. Si Consonantem præcedat, impropria dicitur, quia non habet sonum ita mixtum, vt illa, in quâ *A* ad priorem, *y* verò ad posteriorem syllabam pertinet: verbi gratia *pa-yons*, soluamus, non *pa-yons*, *y* ad priorem protrahendo. Exemplum impropriæ, quæ vt *E* sonat, *raison* ratio, *aider* iuuare, *ie tairay* tacebo; sic autem proferuntur, *Rèson*, *èder*, *ie tère*. Nota in hac & reliquis diphthongis syllabam, quæ vocem finit, semper terminari per *y* non *i* simplex: vt *ie feray* faciam, non *ie ferai*. Vide etiam, ne cum multis pronuncies *e* post *i* aut *y*: sic *ie feraye* pro *ie feray*, faciendoy duplex cum sit simplicissimum, sed *ie ferè*. Hæc eadem diphthongus, si *M* aut *N* præcedat, in *I* degenerat: vt *faim* famæ, *daim* dama, *baim* hamus, *main* manus, *pain* panis, *sain* sanus, *ceinct* cinctus,